**Q**uid itaq; ego tātas morās vel scribēs patiar: vel lecturus effe- ram. Quā misera fuerit illa respublica tam longa etate p tot ānos. usq; ad scdm bellū pumicū. bellis forinsecus in- quietare nō desistētib; et intus discor- dijs sedicōib; ciuilib; a salustio bre- uiter intimatū est. Promde victorie ille non solida beator; gaudia fue- rūt. sed inania solacia miserorū: et ad alia atq; alia terribilia mala subeū- da illecebrosa incitāmēta mime quie- torū. Nec nobis quia hec dicimus. bo- ni romani prudētēsq; succēseāt. quā- q̄ de hac re nec p̄tēdi snt nec monē- di. q̄n eos mime succensuros esse cer- tissimū est. Neq; enī grauius vel gra- uiora dicimus auctorib; eor; et stilo et ocio multū impares: quib; tñ edis- cēdis a ipi elaborauerūt. et filios su- os elaborare opellūt. Qui aut succen- sent: q̄n me ferrent si ego dicerē q̄ sa- lustius ait. Plurime turbe sedicōnes et ad postremū bella ciuilia orta sunt: dū pauci potētes quor; in grām ple- riq; concesserāt sub honesto patruū aut plebis noie dñacōes affectabāt boniq; a mali ciues appellati. nō ob

merita in rempublicā omib; pariter corruptis: sed vti quisq; locupletissi- mus a iniuria validior q̄ p̄sentia de- fendebat. p bono ducebatur. Porro si illi scriptores historie ad honestam libertatē p̄tinē arbitrati sūt mala ciui- tatis pprie nō tacē. quā multis locis magno p̄comio laudare opulsi sunt. cū aliā veriorē qua ciues etern legē- di sunt nō haberēt: quid nos facere cōuenit. quor; spes quāto in deo me- lior a certior. tanto maior debet esse li- bertas cū mala p̄sentia xp̄o nro impu- tant: ut infirmiores impitioresq; men- tes alienent ab ea ciuitate i qua sola iugiter feliciterq; viuendū ē. Nec in- deos eor; horribiliora nos dicimus q̄ eorū identidē auctores quos le- gūt. ap̄dicāt: q̄nquidē a ex ipis q̄ di- ceremus accepimus. et nullo modo di- cē vel tali vel cūctā sufficimus. **S**bi erāt ergo illi dii quī p̄pter exiguā fal- lacēq; mūdi huius felicitatē colendi existimātur: cū romani quib; se colē- dos mendacissima astutiā vēdicabāt. tantis calamitatib; vexarentur. **S**bi erāt q̄n valerius osul ab exulib; a f- uis incensū capitoliū cū defensaret oc- cīsus est. Faciliusq; ip̄e p̄desse potuit edi iouis. q̄ illi turba tot nummū. cū suo maximo atq; optimo rege cuius templū liberauerat subuenire. **S**bi erant: q̄n densissimis fatigata ciuitas sedicōnū malis: cū legatos atxenas missos. ad leges mutuādas paululū q̄eta opperiret. ḡui fame pestilētiaq; vastata est. **S**bi erāt. q̄n rursus po- pulus cū fame laboraret p̄fectū āno- ne p̄mū creauit at; illa fame inuale- cēte. spurius emilius q̄ esurienti mul- titudini frumenta largitus est regni affectati crimē incurrit: et eiusdē p̄fe- cti instantia p̄ dictatore luciu quantū etate decrepitū. a quito scruiho magi- stro equitū cū maxio a piculohissimo



tumultu ciuitatis occisus est: **U**bi  
 erāt qñ pestilētia maxima exorta. dijs  
 inuitilibz sine remedio p̄plūs diu mul-  
 tūqz fatigatus. noua lectisternia qđ  
 nunq̄ antea fecerat exhibenda arbi-  
 tratus est: Lecti autē sternebātur i ho-  
 norē deozū: vnde hoc sacrū vel potius  
 sacrilegiū nomē accepit. **U**bi erant:  
 quādo p̄ decez cōtinuos annos male  
 pugnādo crebras et magnas clades  
 apud vegios exercitus romanus ac-  
 ceperūt. nisi p̄ furiū camillū tandē sub-  
 ueniret: quē postea ciuitas ingrata  
 dānauit. **U**bi erāt qñ galli romā ce-  
 perūt. spoliauerūt. incenderūt. cedibz  
 impleuerūt. **U**bi erāt cū illa insignis  
 pestilētia tam ingentē stragē dedit: q̄  
 et ille furius camillus extinctus est. q̄  
 rempublicā ingratā et a vegiētibz an-  
 te defendit: et de gallis postea vindic-  
 cauit. **I**nde i hac pestilentia scemicos  
 ludos aliā nouā pestē nō corpozibus  
 romanozū: sed qđ est multo p̄micōsius  
 moribz intulerūt. **U**bi erāt qñ alia pe-  
 stilentia grauis de venemis m̄ronaz.  
 exorta credita est. **Q**uarū supra fidē  
 multarū atqz nobiliū mores de p̄benfi  
 sūt omī pestilētia ḡuiores: vel quando  
 in caudinas furculas a samnitibz ob-  
 sessi ambo cū exercitu osules sedus cū  
 eis sedū facere coacti sūt: ita ut equi-  
 tibz romanis sexcētis oblidibz datis  
 ceteri amissis armis alijsqz spoliati p̄-  
 uatiqz tegmimibus sub iugū hostium  
 cum vestimētis singulis mitterētur: vel  
 qñ graui pestilentia ceteris laborāti-  
 bus multi etiā in exercitu icti fulmine  
 pierūt: vel qñ itē alia intolerabili pe-  
 stilentia escolapiū ab epidauro qua-  
 si medicū deū roma aduocāe atqz ad-  
 hibere cōpulsā est: quomā regē oīm  
 iouē. qui iam diu in capitolio sedebat  
 multa supra quibz adolescens vaca-  
 ueāt nō pmiserāt fortasse discere me-  
 dicinā: vel cū cōspirantibz vno tēpore

hostibus lucanis. brucijs. samnitibz.  
 etruscis. et senombz gallis. primo ab  
 eis legati p̄empti sūt. deinde cū p̄tore  
 opp̄ssus exercitus septē tribunis cū il-  
 lo p̄cūtibz. et militū tredecim milibus  
 vel qñ post lōgas et graues rome se-  
 dicōnes quibz ad vltimū plebs in ia-  
 miculum hostili dirēp cōne scecesserat.  
**H**uius mali tam dira calamitas erat  
 ut eius rei causa qđ in extremis picu-  
 lis fieri solebat dictatoz crearet̄ or-  
 tensus: qui plebe reuocata in eodem  
 magistratu expirauit. **Q**đ nulli dicta-  
 tori ante cōtingerat qđ illis dijs iam  
 p̄sente escolapio grauis crimē fuit.  
**T**um vero tam multa bella vbiqz cre-  
 bruerūt: ut inopia militū p̄letari illi  
 qui eo q̄ proli gignē devacabāt. ob  
 egestatē militare nō valētes. hoc no-  
 mē acceperāt: militie oscriberētur. **A**c-  
 citus etiā a tarētis pirrus rex gre-  
 cie tūc ingētī gloria celebratus roma-  
 norū hostis effectus ē: cui sane de re-  
 rū futuro euentu cōsulentī satis vrba-  
 ne. apollo sic ambiguus oraculū edic-  
 dit. ut e duobz quicqđ accidiss̄. ipse  
 diuinus haberet̄. **A**it enī. Dico te pir-  
 re vincē posse romanos. **A**tqz ita siue  
 pirrus a romanis siue romani a pir-  
 ro vincerētur: securus fatidicus vtrū-  
 libet exspectaret euentū. **Q**ue tunc et  
 q̄ horrenda vtriusqz exercitus cla-  
 des. **I**n qua tñ supior pirrus extitit.  
 ut iam poss̄ apollinē p̄ suo intellectu  
 p̄dicare diuinus: nisi p̄xime alio p̄lio  
 romani abscederēt supiores: atqz in  
 tāta strage belloz. etiā pestilētia gra-  
 uis exorta est muliez. **N**ā p̄usq̄ ma-  
 tuos partus ederēt: grauide mori-  
 ebātur. **U**bi se credo escolapius excu-  
 sabat: q̄ archiaturū nō obstetricē p̄fi-  
 tebatur. **P**ecudes q̄z similiter interie-  
 bant: ita ut iam defecturū genus ani-  
 malū crederetur. **Q**uid iems illa me-  
 morabilis tā incredibili immanitate



seuies: ut miris horrenda altitudine  
etiā in foro p dies quadraginta manē  
tibus tiberis q̄ glacie duraretur. Si  
nris tēporibz accidisset: que isti quā-  
ta dixissent. Quid illa in dez ingens  
pestilētia q̄ diu seuiuit. q̄ multos pe-  
mit. Que cū in annū aliū multo graui-  
uius tenderet. frustra p̄sentē escola-  
pio aditū est ad libros sibillinos: in  
quo genē oraculoz sicut cicero in li-  
bris de diuina cōmemorat. magis  
interp̄tibz ut possunt. seu volūt dubia  
cōiectātibz credi solet. Tūc ergo di-  
ctū est: eā esse causam pestilētie. q̄ plu-  
rimas edes sacras multi occupātes  
priuatim tenerēt. Sic interim a ma-  
gno imperitue vel desidiē criminē esco-  
lapius liberatus est. Sñ aut a multis  
edes ille fuerāt occupate nemie p̄bis  
tēte: nisi qz tate numinū turbe diu fru-  
stra fuerat supplicatū: atqz ita paulatī  
loca deserebātur a cultoribz. ut tanq̄  
vacua sine vllius offensione possent  
hūanis saltē v̄sibz vendicari. Nam qz  
tūc velut ad sedandā pestilentiā dili-  
genter reposita fuerūt atqz reparata  
nisi postea eodē mō neglecta atqz vsur-  
pata latitarēt nō vtiqz magne pitie  
varromis tribueret. quod scribēs de  
edibz sacris tam multa ignorata cō-  
memorat: s̄ tūc interim elegās nō pe-  
stilētie depulsiō: sed deoz excusacō  
pcurata est. **Ca. xviii.**

**A**m vero punicis bellis cū inter vtrū-  
qz imperiū victoria diu anceps atqz  
incerta penderet. populiqz duo preua-  
lidi impetus in alterutrum fortissimos  
et opulētissimos agerēt. quot mun-  
tiora regna contrita sūt. q̄ vrbes am-  
ple nobilesqz delete. quot afflicte. q̄  
perdite ciuitates. q̄ longe lateqz tot  
regiones terre qz vastate sūt. Quo-  
tiens v̄cti hinc atqz inde victores:  
quid hoīm consūptū est. vel pugnan-  
tū militū. vel ab armis vacantū popu-

loz. Quātavis nauū marinis etiā  
plis oppressa. et diuersarū tēpestatū  
varietate submersa est: si enat rare vel  
cōmemorare conemur nichil aliud q̄  
scriptores etiā nos erimus historie.  
Tūc magno metu p̄turbata romana  
ciuitas: ad remedia vana et ridenda  
currebat. Instaurati sūt ex auctōrita-  
te libroz sibillinoz ludi seculares:  
quozū celebritas inter centū annos  
fuerat instituta: felicioribusqz tēpori-  
bus memoria negligente pierat. Re-  
nouarūt etiā pontifices ludos sacros  
inferis: et ipos abolitos ānis retroz  
sū melioribz. Nimirū enī qn̄ renouati  
sūt. tāta copia morietū ditatos infe-  
ros etiā ludere delectabat: cū p̄fecto  
miseri hoīes ipa bella rabida. et crue-  
tas animo sitates. funere atqz hinc atqz  
inde victorias. mngnos agerēt lu-  
dos demonū et opimas epulas infero-  
rū. Nichil sane mirabileius p̄mo pu-  
nico bello accidit: q̄ q̄ ita romam vi-  
cti sūt ut etiā regulus ille caperetur.  
cuius in p̄mo et in altero libro mencō-  
nē fecimus vir plane magnus et vi-  
ctor antea domitorqz penozū: qui etiā  
ipm̄ p̄mū bellū punicū confecerat. nisi  
auditate nimia laudis et glorie du-  
riorēs condicōes q̄ ferre possent fel-  
lis carthaginensibz imperasset illius  
viri et captiuitas inopinatissima. et f-  
uitus indignissima. et iuracō fidelissi-  
ma. et mors crudelissima. si deos illos  
nō cogit erubescere: verū etiā q̄ erci-  
sunt. et nō habēt sanguinē. Nec mala  
illo tēpore gūissima: intra memia des-  
fuerūt. Nam exūdāte nimis vltra mo-  
rem fluuio tiberino pene omnia vrbis  
plana subūsa sūt: alijs impetu quasi  
torētis impulsis: alijs velut stagno  
diuturno madefactis atqz sublapsis  
Istā demde pestē ignis p̄micioz s̄-  
secutus est: qui cor̄reptis circa forū q̄-  
bulqz celhoribz etiā templo v̄ste suo



familiarissimo nō peperit: vbi ei veluti  
 vitā ppetuā diligentissima substitucōe  
 lignozū. nō tam bonozate q̄ damna-  
 te virgines donare osuauerāt. Tum  
 vero illic ignis nō tantū viuebat: sed  
 etiā seuebat. Cuius impetu exterrite  
 virgines sacra illa fatalia q̄ iam tres  
 in quibz fuerāt p̄sserāt ciuitates cū ab  
 illo incēdio liberare nō possent metel-  
 lus pōntifex sue quodāmō salutis ob-  
 litus irruēs ea semiustulatus abripu-  
 it. neqz enī vel ip̄mignis agnouit. Aut  
 vero erat ibi numē quod nō etiā si fu-  
 isset fugisset. Homo igitur potius sac-  
 cris veste: q̄ illa homi p̄desse potuerit.  
 Si aut a semetip̄is ignē nō repelle-  
 bāt: ciuitatē cuius salutēz tueri putā-  
 batur. quid ōtraillas aquas flāmasqz  
 poterāt adiuuare sicut etiā res ip̄a  
 nichil ea profusus potuisse patefecit.  
 Nec istis nequa q̄ obicerētur a nob̄  
 si illa sacra dicerēt non tuendis h̄is  
 bonis tēporalibz instituta s̄ significā-  
 dis eternis: et ideo cū ea que corpa-  
 lia visibiliaqz essent p̄ire contingeret  
 nichil h̄is rebz minū p̄pter quas fu-  
 erāt instituta. posse ad eosdem vsus  
 denuo reparari: nūc vero cecitate mise-  
 rabili. eis sacris que p̄ire possent fieri  
 potuisse existimāt ut salus terrena et  
 t̄p̄alis felicitas ciuitatis p̄ire nō poss̄.  
 Promde cū illis etiā manētibz sacris  
 vel salutis ōtricō vel infelicitas irruis-  
 se monstrat: muta ē sententiā quā defen-  
 dere nequeūt erubescūt. ¶ Ca. xix.

**S**ecūdo aut punico bello nimis  
 longū est cōmemorare clades  
 duoz p̄p̄oz. tam longe secū lateqz  
 pugnātiū: ita ut h̄is quoqz fatenti-  
 bus qui nō tam narrare bella roma-  
 na q̄ romanū imperiū laudare insti-  
 tuerūt. similioz victu fuerit ille qui vi-  
 cit. Hambale quippe ab hispania sur-  
 gente. p̄pireneis mōtibz supatis gal-  
 lia trāscursa. alpibusqz diruptis tā lō-

go circuitu auctis viribz. euncta va-  
 stādo. aut subigendo torētis modo  
 italie faucibz irruente q̄ cruenta p̄-  
 lia gesta sūt: quoties romani supatis:  
 q̄ multa ad hostem opida defecerūt:  
 q̄ multa capta et oppressa: q̄ dire pu-  
 gne et torētis hāmbali romana cla-  
 de gloriose. De cānenē aut mirabiliter  
 horrendo malo quid dicā: vbi hāmbal  
 cū esset crudelissimus. tñ tāta mis-  
 micōz atrocissimoz cede faciat. pa-  
 rca uisisse p̄hibetur. Vñ tres mo-  
 dios anuloz aureoz. carthaginem  
 misit: quo intelligeret tantā dignita-  
 tē in illo p̄lio cecidisse romanā. ut fa-  
 cilis eam caperet mensura q̄ nume-  
 rus: atqz h̄inc strages turbe ceterē. tā-  
 to vtiqz numerosioris q̄nto infirmio-  
 ris q̄ sine anulis iacebat comiciēda po-  
 tius q̄ nūciāda putaret. Demiqz tāta  
 militū inopia secuta ē: ut romani reos  
 facinorū p̄posita impunitate collige-  
 rēt. fūcia librate donaret: atqz ex illis  
 pudēdus nō tā supleret q̄ institue-  
 tur exercitus. Seruis itaqz imo ne  
 faciamus iniuriā iam libertis: p̄ roma-  
 na republica pugnaturis arma defu-  
 erūt. Detracta sunt tēplis: tanq̄ ro-  
 mani dijs suis dicerēt. Pomite q̄ tam  
 diu in amiter habuistis: ne forte aliqd  
 vtile facere possint inde n̄ra mācipia:  
 vnde n̄ra numina nichil facere potu-  
 istis. Tunc etiā stipendijs sufficiēdis  
 cū defecisset erariū in vsus publicos.  
 opes venere priuate. adeo vnoqz id:  
 quod habuit conferente: ut preter  
 singulos anulos aureos singulasqz  
 bullas miserabilia dignitatis insignia  
 nichil sibi auri senatus ip̄e: quāto ma-  
 gis ceteri ordines tribusqz relinque-  
 rent. Quis ferret istos si nostris tē-  
 poribz ad hanc inopiā cogerētur: cū  
 eos mō vix feramus qñ p̄ superflua  
 voluptate plura donatur histriomibz  
 q̄ tunc legiombz p̄ extrema salute



collata sunt. **Ca. xx.**

**E**d in hijs omnibus belli punici  
fedi malis nichil mirabilius ac  
miserabili querela dignius: quod extir-  
pum saguntinorum fuit. Nec quippe hispa-  
nie ciuitas amicissima populi roma-  
ni: dum eidem populo fide seruata euer-  
sa est. Nunc enim hāmbal factus federe ro-  
manorum causas quesit: quibus eos ir-  
ritaret ad bellum. Saguntum ergo fero-  
citer obsidebat: quod ubi rome auditum  
est: missi legati ad hāmbalē ut ab eius  
obsidione discederet. et tempti cartagi-  
nē pergunt: querimoniamque deponunt fe-  
deris rupti: infecto quoque negotio roma-  
revertunt. Dum hec more aguntur: misera il-  
la ciuitas opulentissima. sue reipubli-  
ce. romaneque carissima. octavo vel no-  
no a penis mense deleta est. Cuius in-  
teritum legere: quanto magis scribere horro-  
ris est. Breuiter tamen eum commemorabo:  
ad rem quippe que agitur multum pertinet.  
Primo fame orabatur. Nam etiam suo-  
rum cadaveribus: a nonnullis pasta prohi-  
betur. Deinde omnium festina rerum. ne saltem  
captiua in manus hāmbalis pueniret  
ingentem rogam publicè struxit: in quem  
ardentem ferro etiam trucidatos omnes  
se suosque miserunt. Nunc aliquid agerent  
dij belluones atque nebulones sacrifi-  
cium adipibus imbutos: et fallacium di-  
uinacionum caligine decipientes. Nunc al-  
iquid agerent: ut ciuitati populi roma-  
ni amicissime subuenirent: et fidei con-  
seruacione puentem perire non timerent. Pro-  
piti quoque mediis profuerunt: cum romane rei-  
publice interiecto federe copulata est.  
Custodit et itaque fideliter quod ipsis pro-  
fide placito iurauerat. fide iurauerat. iur-  
acione obstrinxerat: a perfido obsessa.  
oppressa. et sumpta est. Si ipsi dii tempe-  
state atque fulminibus hāmbalē postea  
romanis proximis membris terruerunt.  
longeque miserunt: tunc proximum tale aliquid  
facerent. Audeo quippe dicere: hōne-

stius illos pro amicis romanorum ioco-  
plicitatibus ne romanis frangerent fi-  
dem. et nullam operam tunc haberent: quam pro  
ipsis romanis qui pro se pugnabant atque  
aduersus hāmbalē opulenti erant. potu-  
isse tempestate seuire. Si ergo tutores  
essent romane felicitatis et glorie: tam  
graue ab ea crimine saguntine calami-  
tatis auerterent. Nunc vero quod stulte credi-  
tur dijs illis defensoribus romam victo-  
re hāmbale non perisse: qui saguntine  
urbis non potuerunt. ne pro eius prore ami-  
cicia subuenire. Si saguntinorum christia-  
nus populus esset. et huiusmodi aliquid  
pro fide euangelica pateretur. quantum  
se ipse non ferro non ignibus corrupisset:  
sed tamen si pro fide euangelica excidium pa-  
teretur. ea spe pateretur. quam in christum  
crediderat: non mercede breuissimi tem-  
poris sed eternitatis intermie. Pro istis  
autem dijs qui propterea coli prohibentur pro-  
pterea colendi requiruntur ut hanc laben-  
tium atque transeuntium rerum felicitas tuta  
sit quid nobis defensores et excusato-  
res eorum de saguntinis puentibus respon-  
debunt: nisi quod de illo regulo extincto?  
Hoc quippe interest quod ille vnus ho-  
mo. hec tota ciuitas: vtriusque tamen  
interitus causa conseruacione fidei fuit.  
Propter hanc enim ad hostes et redi-  
re ille voluit: et noluit ista transire. Con-  
seruata ergo puocat deorum iram fides  
An possunt et dijs propitijs prore? Non so-  
lum quoque homines: verum etiam integre ciui-  
tates. Vtrum volunt eligant. Si enim fi-  
dei seruate irascuntur illi dijs: querant pro-  
fidos a quibus colantur. Si autem etiam illis  
propitijs multis grauiusque cruciatibus  
afflicti interire homines ciuitatesque pos-  
sunt: nullo fructu felicitatis huius co-  
luntur. Desinat igitur succensere: qui sa-  
cris deorum suorum perditis. se infelices  
esse factos putant. Possent enim illis  
non solum manentibus. verum etiam fauentibus  
non sicut modo de miseria murmurare



sed sicut tunc regulus et saguntini ex-  
cruciati horribiliter etiā pentus inte-  
rire ¶ Ca. xxi.

**P**orro inter scdm et postremum  
bellū cartaginēse qñ salustius  
optimis morib; a maxima cōcordia  
dixit egisse romanos multa enī pte-  
reo suscepti operis modū cogitans:  
eodē ipō ergo tēpore morū optimo-  
rū maximeq; cōcordie sapio ille rome  
italieq; liberator. eūsdēq; belli pūici  
secūdi tā hōrēdi tā exiciofi. tā piculo  
si pclarus mirabilisq; cōfectoz victoz  
hāmbalis. domitorq; cartaginēis cu-  
ius ab adolescentia vita describitur  
dijs dedita. tēplisq; nutrita. inimico-  
rū a cūfacōib; cessit: carēsq; p̄ria quā  
sua virtute saluā a libera redidit. in  
opido liternensi egit reliquā cōple-  
uitq; vitā post insignē suū triūpb;.  
nullo illius vrbis captus desidio: ita  
ut iussisse phibeatur. ne saltē mortuo  
in ingta p̄ria funus fieret. Deinde tūc  
p̄mū p̄ gneū mallū p̄cōsulē de gallo  
grecis triūphantē: asiatica luxuria ro-  
mā omī hoste p̄ior irrepit. Tūc enī  
primū lecti erati a p̄iosa stragula vi-  
sa phibētur. Tūc inducte in cōiūua  
psalterie a alia licentiosa neq̄cia. S;  
nūc de hīs malis que intolerabiliter  
hōmies patiūtur: nō de hīs que liben-  
ter faciūt dicere institui. S; de illud  
magis qd̄ de sapione omemorari. q;  
cedēs inimicis extra p̄ria; quā libera-  
uit mortuus est. ad p̄sentē ptinet dis-  
putacōne: quod ei romana numina a  
quorū tēplis auerūt hāmbalē nō red-  
diderūt vicē q̄ p̄pter istā tantūmō colū-  
tur felicitatē. S; q; salustius eo tēpe  
ibi dixit mores optimos fuisse: p̄pte-  
rea hoc de asiana luxuria cōmemorā-  
dū putauit. ut intelligatur etiā illud a  
salustio in cōpacōne alioz tēpoz di-  
ctū: quib; tēporib; p̄ior es vtiq; i gra-  
uissimis discor dijs mores fuerūt. Nā

tūc id est inter scdm a postremū bellū  
cartaginēse lata est etiā illa lex voco-  
mia: ne q̄s heredē feminā faceret nec  
vnicā filiā. Quā lege quid iniquius di-  
ci aut cogitari possit ignoro. S; verū-  
tamē toto illo interuallo duoz bello-  
rum pūicoz tolerabilior infelicitas  
fuit. Bellis tantūmō foris osterebatur  
exercitus: s; victozis solabatur. Do-  
mi aut nulle sicut alias discor die scui-  
ebāt. S; vltimo bello pūico vno im-  
petu alterius sapiōnis q̄ ob hoc etiā  
ip̄e africam agnomē accepit emula  
imperij romani ab stirpe deleta ē. Ac  
inde tantis maloz aggerib; opp̄ssa  
romana respública: ut p̄speritate ac-  
securitate rerū. vnde nimū corruptis  
morib; mala illa cōgesta sūt. plus no-  
cuisse mōstret tā cito euerla: q̄ p̄ius  
nocuerat tam diu aduersa cartago.  
Hoc toto tempore usq; ad cesarē au-  
gustū. qui videt nō adhuc vel ipozū  
opimione gloriosam s; ostencōsam et  
exicōsam. et plane iam eneruē ac lan-  
guidā libertatē omīmodo extorsisse  
romanis a ad regale arbitriū cūcta-  
reuocasse. et quasi morbida vetustate  
cōlapsam. velut instaurasse ac reno-  
uasse rēpublicā: toto ergo isto tēpore  
omitto ex alijs at; alijs etiā atq; etiā  
bellicas clades: et numātinū fedus hor-  
renda ignomia maculosū. Solauē-  
rant enī pulli de cauea a mancino s̄si-  
li ut auit augurū malū fecerāt: quasi  
p̄ tot annos quib; illa exigua ciuitas  
romanū circūfessa exercitū adflixerāt.  
ipiq; romane reipublice terrozi esse  
iam ceperāt. Alij cōtra eā malo augu-  
rio peccerūt. S; hęc in quā omitto.  
**Q**uamuis illud ¶ Ca. xxij.  
nequaq; tacuerim q; mitridas  
tes rex asie vbiq; i asia peregrinātes  
ciues romanos. at; innumerabili co-  
pia suis negocijs intentos. vno die  
occidi iussit: et factum est. Quam illa



miserabilis rerum facies erat subito  
quęq; vbi cūq; fuisset inuentus i agro  
in via. in opido. in domo. in vico. in fo-  
ro. in tēplo. in lecto. in diuino. in opis-  
nate atq; impie fuisse trucidatū. Quis  
gemitus morientū. q̄ lacrimę fortasse  
spectatū etiā ferientū fuerūt: q̄ dura  
necessitas hospitiū. nō solum videndi  
nephasias illas cedes domi sue verū  
etiā p̄petrādī: ab illa blanda como di-  
tate hūanitatis repente mutatis vul-  
tibus ad hostile negociū in pace pa-  
gendū mutatis ut ita dicā om̄ino vul-  
nerib; cū p̄cussus in corpore. et p̄cussor  
in animo feriretur. Num et isti om̄es  
auguria otempserāt. Nū deos et do-  
mesticos et publicos cū de sedib; suis  
ad illā inremabilem p̄grinacōnē p̄-  
fecti sūt. quos ofulerēt nō habebāt.  
Hoc si ita est: nō habēt cur isti in hac  
causa de nr̄is temporib; conquerātur.  
Olim romani hęc vana cōtemnūt. Si  
aut ofuluerūt: respondeat. quid ista  
p̄fuerūt: qm̄ p̄ hūanas dūtaxat leges  
nemie p̄hibente licuerūt. **Ca. xxiiij.**  
**E**diam illa mala breuiter q̄ntū  
possumus omemoremus: q̄ q̄ntū  
interiora: tanto miseriora extiterūt.  
Discordie ciuiles vel potius inciuiles.  
nec iā sedicōes s; etiā iā bellavrbana  
vbi tātus sanguis effusus ē vbi par-  
tū studia nō cōtencōnū dissensionib;  
varisq; vocib; in alterutrū: sed pla-  
ne iam ferro armisq; leuēbant bella  
socialia. bella frivlia. bella ciuilia: q̄ntū  
romanū cruozē fuderūt: quantā ita-  
lie vastacōnē desercōnēq; fecerūt. Nā  
antea q̄ se aduersū romā sociale la-  
tium omoueret. cūcta aialia hūanis  
vhibus subdita. canes. equi. asini. bo-  
ues. et queq; alia p̄cora s; hōim dño  
fuerūt. s;bito efferata et domestice leui-  
tatis oblita. relictis tectis libera va-  
gabātur: et om̄es nō solū aliorū. verū  
etiā dñorū adūsabātur accessum: non

sine exitio vel p̄iculo audentis si quis  
de p̄ximo vrgeret. Quāti mali signū  
fuit. si signū fuit: qd̄ tā malū fuit. si hoc  
etiā signū nō fuit. Hoc si nr̄is tēpori-  
bus accidisset: rabidiores istos q̄ il-  
la sua aialia pateremur. **Ca. xxv.**  
**P**iciū aut ciuiliū malorū fuerūt sedicō-  
nes graccorū agris legib; excitate.  
Volebāt enī agros p̄plo diuidere:  
quos nobilitas p̄p̄ra possidebat. S; iam  
vultū iniquitātē audē ouellere  
p̄iculosissimū: imo vero ut res ip̄a do-  
cuit p̄micōssimū fuit. Que funera fa-  
cta sūt cū p̄or graccus occisus est: q̄  
etiā cū alius frater eius nō longe in-  
terposito tpe. Neq; enī legib; et ordi-  
ne potestati: s; turbis armorūq; cōfli-  
ctib; nobiles ignobilesq; necabātur.  
Post gracci alterius interfectōnē lu-  
tius optimus oful. qui adūsus cū in-  
tra vrbes arma omouerat. eoq; cū so-  
cijs oppresso et exācto in gentē ciuū  
stragē fecerat: cū questionē haberet  
iam iudiciaria inquisitione ceteros p̄-  
sequēs tria milia hōim occidisse p̄bi-  
teur. Ex quo intelligi potest quantā  
multitudinē mortū habē potuēt tur-  
bidus ofulctus armorū: qm̄ tantā ha-  
buit iudicōrū velut examinata cogni-  
tio. Percussor gracci ip̄ius caput q̄ntū  
graue erat: tanto auri pondere cō-  
sulivndidit. Hęc enī pactio cedem  
p̄cesserat: in qua etiā occisus est cū li-  
beris marchus fuluius consularis.

**E**legantī sane sena. **Ca. xxv.**  
tus ofulco: eoip̄o loco vbi fune-  
reus tumultus ille cōmissus est. vbi  
tot ciues ordinis cuiusq; ceciderunt.  
edes discordie facta est: ut graccorū  
pene testis oconantiū oculos feriret:  
memoriāq; compūgeret. S; hoc qd̄  
aliud fuit q̄ irrisho deorū. illi deo tem-  
plū ostruere: q̄ si esset in ciuitate non  
tātis dissensionib; dilacerata corruēt:  
mihi forte sceleris huius rea cōcordia



quia deseruerat animos ciuū. meruit  
in illa ede tanq̄ in carcerē includi. Cur  
enī si rebus gestis cōgruē voluerū:  
nō ibi potius edē discordie fabricari?  
**A**n ulla racō reddat. cur discordia dea  
sit et discordia dea non sit. ut scōm la-  
teōis distinetōz bona sit ista: illa vērō  
mala. Nec ipse aliud secutus videtur  
q̄ qd̄ adūit rome: etiā febricitate salu-  
ti. templū cōstitutū. Eo mō igitur. nō  
tū discordie: verū etiā discordie ostē-  
debat. Periculose itaqz romam tam  
mala dea irata vniē voluerit. nec tro-  
iam exadiū recoluerunt. originē ab  
eius offensiōe sūp̄sisse. Ipa quippe qz  
inter deas nō fuerat mutata. triū de-  
arū litē aurei mali sup̄posicōe omēras-  
ta ē. vñ rixa numinū: et venus victrix  
et raptahelena: et troia delera ē. Qua-  
propter si forte indigna qz inter deos  
in vrbe nullū tēplū habē meruit. ideo  
iā turbabat tātis tumultibz ciuitatē:  
q̄nto atrocius potuit irritari. cū in lo-  
co illius cedis hoc ē in loco sui operis  
adūsarie sue ostentatā edē videt. Nec  
vana ridētibz nob̄ illi docti sapientēz  
qz stomachātur et tñ numinū bonoz  
malozqz cultores de hac questione  
discordie discordieqz nō excūt: siue p̄-  
termiserint hanc deaz cultū. eisqz fe-  
brē bellonāqz p̄tulerint. quibz antiq̄  
fana fecerūt: siue et istas coluerint. cū  
sic eos discedente discordia. discordia  
seuēs usqz ad ciuilia bella p̄duxerit.

**P**roclarū vero sedi. **Ca. xxvi.**  
cōmbz obstaculū. edē discordie.  
teste cedis sup̄sientēz graccorū scio-  
nātibz opponendā putarunt: q̄ntū ex  
hoc p̄fecerint: indicant secuta peiora.  
Laborarūt enī deinceps scionatores:  
nō exēplū deuitaē graccorū s̄ sup̄aē  
ppositū. Lucius. saturninus tribunus  
plebis. et gaus cesar fuluus p̄tor. et  
multo post marchus drusus. quoz  
oim̄ sedicōmbz cedis p̄mo iā tūc gra-

uissimē deinde socialia bella exarserūt:  
quibz italia viximēter afflictā: et ad  
vastitatē mirabilē desercōnēqz p̄du-  
cta ē. Bellū deinde fuisse successit: et  
bella ciuilia. Que p̄lia cōmissa sūt. qd̄  
sangnis fusi: ut om̄s fere itale gētes  
quibz romanū maxie p̄pollebat impe-  
riū. tanq̄ seua barbaries domarētur.  
Iā ex paucissimis hoc ē minus q̄ se-  
ptuaginta gladiato: ibz quē admodū  
bellū seruale cōtractū sit ad q̄ntū nu-  
merū. et quā acré ferocēqz p̄uenerit.  
quos ille numerus impatores p̄pli ro-  
mani sup̄auerit: q̄s et quō ciuitates  
regionesqz vastauerit: vix q̄ historiā  
conseripserunt satis explicare potue-  
runt. Neqz id soluz fuit seruale bellū:  
sed et macedoniā p̄uinciā prius ser-  
uitiā de populata sūt: et deinde siciliaz  
orāqz maritimā. Quāta etiā et quā hor-  
renda omiserit p̄mo latrocina. deinde  
de valida bella pirataz: quis p̄ ma-  
gnitudine rerū valeat eloqui.  
**Q**uā vero marius. **Ca. xxvii.**  
ciuili sangne iā crucētus. multis adūsa-  
rū sibi parniū pempis. et victus vrbe  
p̄fugissz: vix paululū respirāte ciuita-  
te ut v̄bis tullianis vtar sup̄auit po-  
stea cum mario. Tū vero clarissis-  
mis viris interfectis: lumina ciuitatis  
extincta sūt. Vltus ē huius victorie  
crudelitātē postea filla: nec dici quidē  
opus ē. q̄nta diminucōe ciuū. et q̄nta  
calamitate reipublice. De hac enī v̄m  
dicta q̄ p̄mōhor fuit q̄ si scelera que  
puniebātur impunita relinq̄rent: ait  
et lucanus. Excessit medicina moduz  
mimūqz secuta est. qua morbi duxere  
manus p̄iere nocētēs. Sed cū iā soli  
possent sup̄esse nocētēs: illo bello ma-  
rimo atqz fillano. exceptis h̄is q̄ foris  
in acie ceciderūt: in ip̄a qz vrbe cadaue-  
ribz. vici. platee. fora theatra tēpla  
opleta sunt: ut difficile iudicaret q̄n̄  
victores plus funerū ediderit. vtrū.



pus ut viceret. an postea q̄ vicissent  
cū pmū victoria maria q̄n de exilio se  
ipe restituit. exceptis passiu qua q̄  
suū cedibz factis. caput otam osulis  
poneret in rostris. cesar. et fimbria do-  
mibz trucidaretur suis: duo crassi p̄  
et filius i ospectu mutuo mactarētur:  
tebius et numitorius vnco tracti spar-  
sis visceribz miterent: catuba hau-  
stoveno se manibz inimicorū s̄tra-  
heret: merula flamē dialis. p̄cis ve-  
nis ioui etiā suo sanḡne litaēt. In ip̄i  
aut marij oculis otinu o feriebatur: q̄-  
bus salutātibz dexterā porrigē nolū-  
isset. **Ca. xxviii.**

**S**illanavero secuta victoria hu-  
ius videlicet vindex crudelitatis  
post tm sanḡne ciuū quo fuso fuerat  
opata: fimo iam bello inimicis vi-  
uentibz crudelius i pace grassata ē.  
Jam etiā post marij maioris p̄stimas  
ac recētissimas cedēs. addite fuerāt  
alie ḡuiores a mario iuene atq; car-  
bone earūde partiū marianarū: q̄ fil-  
la imminēte nō solū victoriā. verū etiā  
ip̄az desperātes salutē: cūct a suis alijs-  
q; cedibz impleuerūt. Nā p̄ter stragē  
late p̄ diuersa diffusaz oblecta etiā se-  
natu de ip̄a curia tanq̄ de carcere pdu-  
cebantur ad gladiū. Mucius sceuola  
p̄ntifex qm̄ nichil apud rōnos tēplo-  
veste sanctus habebat arā ip̄am am-  
plexus occisus est: ignēq; illū q̄ p̄pe-  
tua cura v̄gimū semp ardebat. suo pe-  
ne sanḡne extinxit. **S**rbē deinde filla  
victorē intravit: q̄ in villa publica non  
iā bello s̄ ip̄a pace seuiēte septē milia  
peditū vndecūq; terminā nō pugnādo  
s̄ iubēdo p̄strauerat. In orbe aut to-  
ta quē vellet fille vnusquisq; feriebat.  
S̄nde tot funera numerari om̄ino nō  
poterāt: donec fille suggēret smēdos  
esse aliquos viuē: ut essent quibz pos-  
sent imperāe q̄ vicerāt. Tūc iā cohibi-  
ta q̄ bac atq; bac passim furibū da fe-

rebatur licētia iugulandi. tabula illa  
cū magna ḡtulacōne p̄posita est: que  
bom̄mū ex vtroq; ordine splēdido.  
equestri sc; atq; senatorio. occidēdo-  
rū atq; p̄scribēdoz duo milia cōtine-  
bat: tristabat numerus: s̄ osolabat  
modus. **N**ec q̄ tot cadebant tm erat  
meroris: q̄ntū leticie q̄ ceteri nō time-  
bāt. **S**̄ in quibusdā eoz q̄ mori iussū  
erant: etiā ip̄a licet crudelis ceterorū  
securitas: ḡna mortū exquisita oge-  
muit. **Q**uēdā enī sine ferro. lamātum  
manus dirupuerūt: immāius hoies:  
hoiem viuū. q̄ bestie solent discerpē  
cadauer abiectū. Alius oculis effossis  
et p̄culān membrīs āputatis: in tā-  
tis cruciatibz diu viuē: vel potius diu  
mori coactus ē. **S**ubuastrate sūt etiā  
tanq̄ ville quedā nobiles ciuitates.  
**S**ona vero velut vnus reus duci iube-  
retur: sic tota iussa ē trucidari. **N**ec fa-  
cta sūt i pace post bellū: nō ut acce-  
raret obtinēda victoria: s̄ ne otēne-  
rentur obtēta. **P**ax cū bello de crudeli-  
tate certauit. et vicit. **I**llud enī p̄stra-  
uit armatos: ista nudatos. **B**ellū eāt.  
ut q̄ feriebat. si posset feriret: pax aut  
nō ut qui euaserat viueret. s̄ ut mori-  
ens nō repugnaret. **Ca. xxix.**

**Q**ue rabies exteraz gentiū. q̄  
seuicia barbarorū. huic de ciui-  
bus victorie ciuū compari potest.  
Quid roma funestius. terrius amari-  
usq; vidit. **S**trū olīm gallozū et pau-  
lo ante gottozū irrupcōz: an marij et  
fille. aliorūq; in eoz p̄tibz virozū cla-  
rissimozū tanquā suozū lumīnū in sua  
membra ferocitatē. **B**alli quidē trus-  
cidauerūt senatū. quicq; eius in vte  
tota p̄ter arcē capitolinā q̄ sola ut-  
cūq; defēsa ē repire potuerūt: s̄ in illo  
colle ostentis auro vitā saltē vendi-  
derūt: quā etsi ip̄i ferro rape nō possent  
possent tm obfidiōne osumē. **B**othi  
vero tā multis senatoribz p̄p̄cerūt: ut



magis mirū sit. q̄ aliquos p̄merūt.  
**A**t vero filla viuo adhuc mario. ip̄m  
 capitolū qd̄ a gallis tutū fuit: ad de-  
 cernēdas cedes victor̄ inſedit. Et cū  
 fuga marius lapſus eſſet ferocior̄ cru-  
 entior̄q; redditurus: iſte in capitolio  
 p̄ ſenatus etiā cōſultū. tā multos vita  
 rebusq; p̄uauit. **M**ariam̄ aut̄ parti-  
 bus filla abſente quid ſanctū cui par-  
 cerēt fuit: qm̄ mucio cui ſenatori ponti-  
 fici. arā ip̄am ubi erāt ut aūt fata ro-  
 mana. miſeris ambiēt̄ āplexib; nō pe-  
 p̄cēt: **S**illana v̄eo tabula illa poſtre-  
 ma. ut omittamus alias innumerabi-  
 les mortes: plures iugulauit ſenato-  
 res q̄ gothi expoliare potuerūt. **Q**ua  
 igitur fronte quo corde. q̄ impudē-  
 tia. qua inſipiētia vel potius amentia.  
 illa dñs ſuis non imputāt: et hec n̄ro  
 imputāt xp̄o. **¶ Ca. xxx.**

**Q**uidelia bella ciuilia om̄ib; bel-  
 lis hoſtilib; auctori; etiā eorū  
 fatentib; amariora quib; illa reſpub-  
 lica nec afflicta ſ; om̄ino p̄dita iudica-  
 ta eſt longe ante aduentū xp̄i exorta  
 fuit: et ſcelerata; de cathenacōe cauſa-  
 rū. a bello mariano at; ſillano ad bel-  
 la ſertorij et catilme quorū a filla fue-  
 rat ille p̄ſcriptus. ille nutritus: inde ad  
 lepidi et catuli bellū; quorū alter ge-  
 ſta ſillana reſcandē alter defendē cu-  
 piebat: inde ad p̄p̄ij et ceſaris quo-  
 rū pomp̄ius ſectator: ſille fuerat. eiuf-  
 q; potentiā vel equauerat. vel iam etiā  
 ſupauerat. ceſar aut̄ pomp̄ij potentiā  
 nō ferebat: ſ; quia nō habebat. quā tñ  
 illo victo interfecto q; trāſcēdit hinc  
 ad aliū ceſarē q̄ poſt auguſtus appella-  
 tus eſt p̄uenerūt: quo imperate nati-  
 tus ē xp̄us. **N**ā et ip̄e auguſtus cū mul-  
 tis geſſit bella ciuilia. et i eis etiā mul-  
 ti clariffimi viri pierūt: inter quos et  
 cicero diſertus ille artifex regēde rei-  
 publice occubuit. **P**omp̄ij quippe vi-  
 ctore gaiū ceſarē. qui victoriā ciuile;

elemēter exercuit. ſuiſq; aduſarijs vi-  
 tā dignitatēq; donauit. tanq̄ regni  
 appetitor̄ ē: quorūcū nobileū diuacō  
 ſenatorū. velut p̄ reipublice libertate in  
 ip̄a curia trucidauit. **H**uius deinde po-  
 tentiā multū moribus diſpar vicijſq;  
 om̄ib; inquinatus atq; corruptus af-  
 ſectae videbat̄ antonius: cui v̄tem-  
 ter p̄ eadē illa velut patrie libertate ci-  
 cero reſiſtebat. **T**ūc emerſerat mira-  
 bilis indolis adoleſcens ille alius ce-  
 ſar illius gaj ceſaris filius adopti-  
 uus: q̄ ut dixi poſtea ē appellatus au-  
 guſtus. **H**uius adoleſcēt̄ ceſari. ut e. 9  
 potētia cōtra antoniū nutrire c̄ cicero  
 fauebat: ſperās eū depulſa et oppreſſa  
 antonij dñacōe inſtauraturū reipub-  
 lica libertate: uſq; adeo cecus atq; im-  
 prouidus futuroꝝ. ut ille ip̄e inueniſ-  
 ſet cuius dignitatē ac potētatē fouebat  
 et eūdē cicero nē occidendū antonio  
 quadā quaſi de cordie pactōne p̄mit-  
 teret: et ip̄am libertatē reipublice p̄ q̄  
 multum ille clamauerat. ditioni p̄prie  
 ſubugaret. **¶ Ca. xxxi.**

**D**eos ſuos accuſent de tātis ma-  
 lis: qui xp̄o n̄ro ingrati ſunt de  
 tantis bonis. **C**erte qñdo illa mala fie-  
 bāt. calebāt are numinū ſat̄o thure  
 ſertisq; recentib; halabāt: clarebāt ſa-  
 cerdotia. fana remitebāt. ſacrificabāt.  
 ludēbatur. furebāt in tēplis: qm̄ paſ-  
 ſim tantus ciuū ſanguis a ciuib; nō  
 modo in ceteris locis. verū inter ip̄a  
 q; deoz̄ altaria fundebat̄. **N**ō elegit  
 tēplū quod ſugeret tullius: q; fruſtra  
 elegerat mucius. **H**ij vero qui multo  
 indignius inſultāt tēporib; xp̄ianis  
 aut ad loca xp̄o dicatiffima ofugerit:  
 aut illic eos ut viuerēt etiā ip̄i barba-  
 ri deduxerūt. **M**ud ſcio a hoc mecum  
 q̄ſquis ſine ſtudio partiū iudicat faci-  
 lime agnoſcat: ut omittā cetera q̄ mul-  
 ta cōmemorauit. et alia multo plura q̄  
 cōmemoraē longū putauit: ſi hūanū



genus ante bella pumica xpianā reci-  
per disciplinā. et osequere rerū tan-  
ta vastacō. q̄nta illis bellis europā.  
africāq; cōtrūit: nullus talū quales  
nūc patimur nisi xpiane religioni ma-  
la illa tribuiss̄. **Q**ulto aut̄ m̄m̄us eo-  
rū voces tolerarētur. q̄ntū attinet ad  
romanos: si xpiane religionis rece-  
pōnē et diffamacōnē. vel irrupcō illa  
galloz. vel tiberini flumis. igniūq;  
illa depopulacō: vel qd̄ cū et a mala p̄-  
cedit bella illa ciuilia sequerētur. **M**a-  
la etiā alia q̄ usq; a deo incredibiliter  
acciderūt. ut inter p̄digia numerarē-  
tur. si xpianis tēporib; accidissent: q̄-  
bus ea nisi xpianis hōmib; tanq̄ cri-  
mina obicerēt. **O**mitto quippe illa q̄  
magis fuerūt mira q̄ noxia: boves lo-  
cutos. infantes nōdū natos de vteris  
matrū quedā v̄ba clamasse. volasse  
spentes. femias et gallinas. in mascu-  
lū sexū fuisse ouersas: et cetera huius-  
cemodi q̄ i eoz libris nō fabulosis s̄  
historicis seu vera seu falsa s̄nt. nō m̄-  
ferūt hōmib; p̄niciē s̄ stuporē. **S**z cū  
pluit terra. cū pluit creta. cū pluit la-  
pidib; nō ut grando appellari solet  
hoc nomie. s̄ om̄ino vel terre vel crete  
vel lapidū pluuia: hoc p̄fecto etiā gra-  
uiter ledē potuerūt. **L**egimus apud  
eos. et h̄nc is ignib; ab ip̄o mōtis v̄ti-  
ce usq; ad litus p̄ximū decurrētib; ita  
maē feruisse: ut rupes exurerētur: et  
pices nauū soluerētur. **H**oc v̄tiq; nō  
leuiter noxiū fuit: quāuis incredibili-  
ter mirū. **E**odē rursus estu igniū tan-  
ta vi faulle sepserūt cōpletā esse h̄ci-  
liā: ut cathanēsis vrbis tecta obruta  
et oppressa diruēt. **Q**ua calamitate p̄-  
mōi misericorditer eiusdē anni tribu-  
tū ei relaxauē romani. **L**ocustaz etiā  
in africa multitudinē p̄digij simlē fu-  
isse. cū iā essent p̄p̄i romani p̄uincia.  
lris mādauerūt: osuptis enī fructib;  
folijsq; lignozū ingenti atq; inestima-

bili nube i maē dicit esse deicētā. **Q**ua  
mōtia redditaq; litorib; atq; h̄nc  
aere corrupto tantā oerā pestilentiā di-  
cūt: ut in solo regno inafim̄se oerā m̄-  
gēta hōim milia p̄isse referāt: et m̄sto  
amplius i terris litorib; p̄ximis. **T**ūc  
v̄tiq; ex triginta milib; n̄m̄ozū q̄ ibi  
erāt: decē remānisse cōfirmāt. **T**alis  
itaq; vanitas qualē ferimus ei q; re-  
spondēspellimur: quid hōz nō xpia-  
ne religioni tribuēt. si tēporib; xpia-  
nis viderēt. **E**t tñ dñs suis ista nō tri-  
buūt: quozū cultū i deo req̄rūt. ne ista  
vel m̄m̄ora patiātur: cū ea maiora p̄-  
tulerint a quib; antea colebātur.

**Explicit liber tertius.**

**Incipiūt capitula libri quarti.**

- i **De h̄is q̄ p̄mo volumie dispu-  
tata sunt.**
- ii **De h̄is q̄ libro sc̄do et tercio  
cōtinētur.**
- iii **An altitudo imp̄rij q̄ nō m̄si  
bellis acquirē in bono habē-  
da sit siue feliciū siue sapiētū.**
- iiii **Quā similia s̄nt latrocinijs re-  
gna absq; iusticia.**
- v **De fugitiuis gladiatoib; quo-  
rū potētia similis fuerit regie  
dignitati.**
- vi **De cupiditate n̄mi regis q̄ ut  
latius dñaretur p̄mus intulit  
bella finitimis.**
- vii **An regna terrena inter p̄fe-  
ctus suos atq; defectus deoz  
iuuētur vel deserātur auxilio.**
- viii **Quozū deoz p̄fidio putāt ro-  
mani imp̄riū suū auctū atq;  
seruatū cū singulis vix singu-  
larū rerū tuicōne cōmittendā  
esse crediderūt.**
- ix **An imp̄rij romani āplitudo et  
diuturnitas iou fuerit a sc̄ri-  
bēda quē sumū deum cultoz es**